

- 31 g in sinistra manus pollice.
 32 h in falce, prima, alijs Marrha, Hesychio, Merga, Μαρρῶ
 ἐργαλείω, Plinio, Falce Italica, Media seu brevior.
 33 i Secunda conjunctarum australior.
 34 k Borealior.

Omnes præter 23. Saturnum cum Mercurio
 sequuntur.

L Azimeth, seu spicarum manipulus, qualem doctiss. Sca-
 liger, cum Hug. Grotio, suspicabatur, nosque ex pervetusto M.
 S. eruimus Codice. Aratus cum ad virginis sidus, stellas quasdam
 sine nomine, sparsas enarrasset, subjunxit Theon. οἱ δὲ ἠλακάτῳ
 αὐτῆς λέγῃσι, Κόννων ἢ μαθηματικὸς Πτολεμαίω χαρίζομεθα,
 Βερονίκης πλόκαμον ἐξ αὐτῶν κατησέρισε. Hodie coma τῷ Φύλλω
 κισσῶν helici similis, πλοκαμῶ συσροφῆ, πλόκαμο, βόσρυχο,
 Berenices, vel Beronices, Cincinnus, Casaries, Rosa, denominatur
 multi Tricas, Teriacas, Triquetras, crines, &c. dicunt, M. Bene-
 naex, seu τῷ ἀμάξης μεγάλης extremitas. N. Corona Sep. O. Ca-
 put Serpentis. P. Tropicus estivus. Q. Colurus æquinoctiorum.

Antiquorum poetarum seculo, Arcturus Roma, prid. Non.
 Cosmice, Nonis Sept. Heliacè, hirundinum causans abitum, orie-
 batur: de quo Thucidides lib. 2. Ubi Lacedæmonios ab obsidione
 Plateæ, πεί τῷ Ἰπιπολιῶ τῶ ἀρκίῳ, parte exercitus ibi reli-
 cta discesse tradit. X. Kal. Dec. quo nautæ solennitatem facie-
 bant, occidebat; hujus occasu matutino XI. Kal. Jun. Lustratio
 segetem celebrabatur, qui hanc peragebant, certum Carmen in-
 susurrabant, & tæda, scilla, ovis sulphure, &c. circum purga-
 bant. Lucianus, Turnebus lib. 9. c. 10. Alios Arcturi ortus, obi-
 tusque subministrant, Plinius lib. 2. & 18. c. 26. & 31. Hesiodus
 lib. 2. Ovid. 2. & 3. Fast. Columella lib. 9. c. 14. lib. 11. c. 2.

Nostris temporibus, VI. Kal. Octob., cum sole, Vindeliciis,
 emergit, XV. Kal. Jan. eisdem occumbit.

TA